Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nibus tuis exercebor. Ds in sco via tua qs
ds magnus sicut ds nr. tu es ds qui facis mra
bilia. Notam fecisti in pplis virtutem tuam
redemisti in brachio tuo pplm tuum filios
iacob & ioseph. Viderunt te aque ds viderunt
te aque & timuerunt & turbate sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum vocem dederunt
nubes etenim sagitte tue transeunt vox
tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruscationes
tue orbi terre commota est & contremuit
terra. In mari via tua & semite tue in aqs
multis & vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oves pplm tuum in manu
moysi & aaron. Ps xlvii.
Attendite pple meus legem meam in
clinate aurem vram in verba oris
mei. Aperiam in parabolis os meum
loquar ppositiones ab initio. Quanta au
diuimus & cognouimus ea & patres nri
narrauerunt nobis. Non sunt occultata
a filis eorum in generatione altera. Narrantes